



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Concilium Mediolanense In Causa Disciplinae Ecclesiasticae habitum, anno
Domini MCCLXXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

DOLPHI
IM.
proutin
Herbipo
us conti
declar
e ordina

SEDES
VACANS.

C. MEDIOLANENSE. RUDOLPHVS I. 669
IMP.

ANNO
CHRISTI
1287.

CONCILIVM MEDIOLANENSE
IN CAVSA DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ
habitum, anno Domini MCCLXXXVII.

NOTA.

Concilium.] Constitutiones synodales hoc Concilio promulgatas summatim recenset Bzouius in annalibus his verbis: Mediolani porro eodem anno auctoritate summi pontificis, Otto archiepiscopus indicata conuocataque Synodo prouinciali in ecclesia sancte Teclæ, presentibus quamplurimis episcopis, abbatibus & reliquis ex clero, ad duodecimum diem Septembris multa saluberrima constituit.

I.

In primis, constitutiones summorum pontificum, & Friderici olim imperatoris contra hereticos latae, iniuolabiliter obseruari, & ex earum prescripto contra fidei catholicae prevaricatores procedi mandauit.

II.

Abbates, monachos & reliquos omnes religiosos, ut ex formula sancti Benedicti, & sancti Augustini viuerent, admonuit.

III.

Ne moniales, quouis pretextu, septa monasteriorum, in quibus recluse, egredierentur, edixit.

IV.

Aucupium & venationem vniuerso clero, lata excommunicationis sententia, interdixit.

V.

Alienandi bona quecumque sive mobilia sive immobilia ecclesiastici iuris fuerint, potestatem omnibus abstulit, neve quis aut vendere, aut oppignorare, aut titulo donationis ea alicui concedere auderet, sub anathematis & nullitatis censura prohibuit.

VI.

In detentores ecclesiasticorum bonorum grauiissimas penas promulgauit.

VII.

Falsi crimine obnoxios a communione sacramentorum atque fiduum segregauit.

VIII.

Legatorum piorum fraudatores cætu Christianorum indignos esse iudicauit.

IX.

Potestatem edificandi ecclesiæ, aut oratoria, penes solos episcopos esse insit.

X.

Rerum sacrarum ex testamento vel codicillis relictam administracionem penes solos parochos esse voluit, aliaque pro ecclesiastica disciplina ex more prisco, sive reuocanda, sive obseruanda, in eodem Concilio sanctissime ordinauit.